Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

et congregati sunt illuc in prelium. Cum-
que ascendissent viri israel, ipse ste-
tit et percussit philisteos donec
deficeret manus eius et obrigesce-
ret cum gladio. Fecitque dominus sa-
lutem magnam in die illa et populus
qui fugerat reversus est ad cesorum
spolia detrahenda. Et post hunc
Semma filius agge de arari.
Et congregati sunt philistiim in statione.
Erat quippe ibi ager plenus lente.
Cumque fugisset populus a facie phi-
listiim stetit ille in medio agri et
tuitus est eum percussitque philis-
teos et fecit dominus salutem magnam.
Nec non ante descenderant tres
qui erant principes inter triginta et
venerant tempore messis ad david in
speluncam odollam. Castra autem
philistinorum erant posita in valle
gigantum et david erat in presidio.
Porro statio philistinorum tunc
erat in bethleem. Desideravit
ergo david aquam de lacu et ait:
Si quis daret michi potum
aque de cisterna que est in bethleem [cisterna]
iuxta portam. Irruperunt ergo
tres fortes castra philistinorum
et hauserunt aquam de cisterna
bethleem que erat iuxta portam
et attulerunt ad david. At ille
noluit bibere sed libavit eam domino
dicens: propitius sit michi dominus
ne faciam hoc. Num sanguinem
hominum istorum qui profecti sunt et anime
periculo bibam? Noluit ergo bibere.
Hec fecerunt tres robustissimi.
Abysai quoque frater ioab filius sar-
vie princeps erat de tribus. Ipse
est qui levavit hastam suam
contra trecentos quos interfecit inclitus

in tribus et inter tres nobilior. Eratque
eorum princeps sed usque ad tres primos
non pervenerat. Et banaias filius
ioiade viri fortissimi magnorum
operum de capseel. Ipse percussit duos
leones moab et ipse descendit et
percussit leonem in media cisterna
in diebus nivis. Ipse quoque inter-
fecit virum egyptium virum dignum
spectaculo habentem in manu has-
tam. Itaque cum descendisset ad eum
in virga vi extorsit hastam de ma-
nu egyptii et interfecit eum hasta
sua. Hec fecit banayas filius
ioiade et ipse nominatus inter
tres robustos qui erant inter
XXX nobiliores. Verumtamen usque
ad tres non pervenerat. Fecitque eum [primos]
sibi david auricularium a secreto.
Asahel frater ioab inter XXX. Hele-
anan filius patrui eius de beth-
leem. Semma de arari. Helzatha
de arodi. Helas de phalti. Hyra
filius athes de thecua. Abiezer
de anathoth. Mobonay de usati.
Selmon athoites. Maharai
nethophatites. Heled filius
baana et ipse ~~neptis~~ netho- [baan baana]
phatites. Hyrai filius rabai
de gebeheth filiorum beniamin.
Banaia pharatonites. Heddai
gaas. Abialbon arbathites. Az-
maveth de beromi. Eliaba de
salaboni. Filii iasen ionathan.
et naram. Semma de horodi sarar arorites. Heliphelet filius
hayam filius sabastai filii ma-
achati. Heliam filius achito-
phel gelonites. Esrai de carme-
lo. Phalai de arbi. Ygaal filius